

PROF. VALENTIN HEINRICH VOGLER

Fakultät	Medizinische Fakultät
Geboren	1622 in Helmstedt
Gestorben	1677 in Helmstedt
Kurzvita	Med. Prof. in Helmstedt (1653–1677);
Ehefrauen	Sophie Elisabeth Vogler geborene Horneius (11.06.1633–10.09.1698), Heirat 1653
Quelle	Ahrens 2004, S. 240
GND	https://d-nb.info/gnd/117466921
Permalink	https://uni-helmstedt.hab.de/prof-230-vogler

Lehrstühle

1653–1677 Lehrstuhl für [o. A.], Helmstedt

Vorlesungen (68)

Valentinus Henricus Voglerus nobilissimam de Temperamentis doctrinam explicabit, inde ad Animae facultates transiturus. In reliquis etiam nihil omittet eorumquae ad officium suum pertinebunt., Sommersemester 1653

Valentinus Henricus Voglerus D. absolutis paucis ijs quae de facultate sensitiva & principe adhuc restant, ad praecipuas physiologicas (Anatomicas vulgo appellatas) controversias exponendas deinceps transibit: ita ut subinde partium usum in ipsismet corporibus, quantum licuerit, sit commonstraturus., Sommersemester 1654

Valentinus Henricus Volgerus D. ubi illa quae de primis Qualitatibus in genere docenda sunt absolverit, naturam & qualitates singulotum Elementorum ordine exponet: inde ad Temperamentorum considerationem progressurus. Cetera etiam nihil omittet eorum, quae ad officium suum pertinebunt., Sommersemester 1655

Valentinvs Henricvs Voglervs D. in doctrina, quam nuper exorsus est, de Chyli & Sanguinis generatione perget; eaque absoluta, cetera omnia quae ad Nutritionem pertinent, subjunget, tum de Humoribus corporis nostri naturalibus omnibus & singulis acturus. Alias etiam operam suam petenti studiosae juventuti non denegabit., Sommersemester 1656

Valentinvs Henricvs Voglervs D. ubi illa, quae de Auctione corporis humani adhuc exponenda restant quaeque ob nuperam Visitationem absolvere prohibitus est, ad finem perduxerit, doctrinam de Generatione hominis proponet: inde ad illam quae de Sensibus Facultateque Locomotiva tum in genere tum in specie agit, progressurus., Wintersemester 1656/1657

Valentinvs Henricvs Voglervs D. quandoquidem physiologica iterum ad finem perduxit, naturam & facultates Simplicium medicamentorum deinceps publice proponet. Dabit etiam operam, ut brevi corporis humani in usum Anatomicum copia fieri possit., Sommersemester 1657

Valentinus Henricus Voglerus D. simulac primorum simplicium corporum naturam & qualitates, quas non adeo pridem tradere coepit absolverit, in explicandis simplicium medicamentorum facultatibus progredietur., Sommersemester 1658

[...] Exercitationes quoque physiologicas propediem auspicabitur easque qua licebit diligentia

continuabit., Sommersemester 1659

Valentinvs Henricvs Voglervs expositis ijs, quae in quarto Meteorologicorum adhuc restant quaeque propter luctum absolvere ipsi non licuit, revertetur ad doctrinam de simplicium medicamentorum facultatibus, superiori aestate per diuturnum morbum interruptam, a floribus initium factururus. [...] Docet hora tertia., Sommersemester 1659

[...] Perget itidem in exercitationibus physiologicis., Wintersemester 1659/1660

Valentinus Henricvs Voglervs absoluta in qua jam versatur temperamentorum doctrina, (auditorum namque ratione postulante physiologiam de novo proxima aestate tredere coepit,) aget de facultatibus animae in genere, natura ac differntijs partium, calidoque innato, inde ad naturales seu vegetativas facultates progressurus. [...], Wintersemester 1659/1660

Valentinvs Henricvs Voglervs doctrinam de generatione hominis & facultate, quam dicunt, vitali publice proponet, eaque absoluta ad sensitivam & animale progredietur. Ad exercitationes item physiologicas per varia impedimenta aliquamdiu interruptas brevi revertetur. [...], Sommersemester 1660

[...] Mens quoque ipsi est disputationibus nonis in Cartesij, Hobbesij, similiumque aliorum saniozem philosophiam hodie perturbantium cum alia tum naturales praecipua res concernentia placita animadvertere., Sommersemester 1660

Valentinvs Henricvs Voglervs diaeticam sive eam quae de victus ratione agit medicinae partem publicis dissertationibus exponet. [...], Sommersemester 1661

[...] In ceteris quoq; quae nuper pollicitus est quantum licebit progredietur, & rogatu quorundam theologiae studiosorum ea quae vel physice vel medice in sacro utrisuque foederis codice scripta reperiuntur domi explanabit., Sommersemester 1661

Valentinvs Henricvs Voglervs D. postea quam alimentorum facultates publice jam exposuit, reliqua ad universam victus rationem pertinentia protinus subjunget: quibus absolutis doctrinam de nutritione corporis humani proponet. [...], Wintersemester 1661/1662

[...] Quas proximo catalogo rogatu quorundam Theologiae studiosorum pollicitus est ad eorum quae vel Physice vel medice in sacro codice scripta leguntur intellectum facientes dissertationis, domi suae brevi quoque ordietur., Wintersemester 1661/1662

Valentinus Henricus Voglerus absoluta jam diaetetica doctrinam de nutritione corporis humani publice proponet. [...], Sommersemester 1662

[...] Elegantissimum diuque hactenus desideratum Theophrasti Eresii περί αἰσθήσεων librum cum gemina Prisciani Lydi paraphrasi Latine a sese conversa divulgabit & eadem vel alia, prout auditorum ratio feret, domi suae explicabit. , Sommersemester 1662

[...] Quae praterea non unius argumenti exercitia & diatribas jam tum pollicitus est, quantum licebit praestabit., Wintersemester 1662/1663

Valentinvs Henricvs Voglervs anteaquam in vitiis nutritionis, quorum explicationem doctrinae de ipsa nutritione nuper jungere coepit, considerandis perget, primo statim die ὀστεολογίαν praemittet. Morbis illis dein ordine pertractatis, vel universam physiologiam medicam de novo redordietur, vel usus faltem & actiones partium corporis humani proponet, elegantissimi syntagmatis Ioannis Veslingij ductum in his quidem sequuturus. [...], Wintersemester 1662/1663

Valentinvs Henricvs Voglervs absoluta doctrina de elementis & facultatibus in genere, usus & actiones partium corporis humani publice proponet, ductum syntagmatis Veslingiani sequuturus. [...], Sommersemester 1663

[...] Domi suae veram originem & causas fabularum gentilium, secus atq. a plerisq. omnib. mythologis factum, ostendet., Sommersemester 1663

Valentinus Henricvs Voglervs in usu partium corporis humani ad ductum syntagmatis Veslingii publice proponendo perget. [...], Wintersemester 1663/1664

[...] Domi vero suae universam arte succincte comprehensam tradet. Et quoadmodum altero abhinc anno ea, quae ad physicam vel medicinam spectantia in S. scripturis leguntur, explanavit: ita similem operam illis, quae eodem pertinentia injudiis atque foro occurrunt quorumque decisio a medicis eorumque collegiis peti solet, deinceps impendet., Wintersemester 1663/1664

Valentinvs Henricvs Voglervs in physiologicis, que ante aliquot hebdomadas auditorum rationibus ita postulantis de novo redorsus est, publice perget, iisque absolutis pathologiam statim subjunget. [...], Sommersemester 1664

[...] Domesticis exercitationibus vltimam universam artem vel saltem praecipua ejus capita ventilanda proponet, differet itam de melioribus quibusque scriptoribus, & naturalem quoque philosophiam tradet: ea nonis apprime desiderantibus., Sommersemester 1664

Valentinvs Henricvs Voglervs ubi illa quae de facultate animali restant absolverit, universam physiologiam, qualem hactenus ad calamum dictavit, tum uberius dissertationibus tum, si auditorum ratio feret, singulis ordinariis horis particulam ejus publicae disquisitioni exponendo illustrabit. [...], Wintersemester 1664/1665

[...] Domi vero suae pathologiam eadem methodo tradet; perget itidem in diatribis ad variam eruditionem spectantibus, aliisque nonorum studiosorum desideriis ut satisfiat annitetur., Wintersemester 1664/1665

Valentinvs Henricvs Voglervs universam corporis humani physiologiam de novo proponet, habita simul ratione pathologiae, commodis auditorum idipsum postulantis. Alias quorundam studiosorum desiderio permotus naturalia & medica in S. scripturis contenta, quemadmodum antehac fecit, rursus tractabit: similem operam quaestionibus Medico-Iuridicis deinceps itidem impensurus., Sommersemester 1665

Valentinvs Henricvs Voglervs in physiologia cum pathologia junctim exponenda perget, de nutritiva & sensitiva facultate acturus. Alias etiam quae proximo catalogo pollicitus est, quantocumque omni opera praestabit., Wintersemester 1665/1666

Valentinvs Henricvs Voglervs quae in physiologia juxta cum pathologia junctim tradenda, tum ad sanguinis motum tum sensitivam ac locomotivam facultatem pertinentia, restant absolutis, omnia deinceps quem admodum altero abhinc anno fecit, singulis ordinariis horis particulam eorum publicae disquisitioni proponendo, uberius illustrabit. [...], Sommersemester 1666

[...] Domi suae in methodo medendi perget. Item physica & medica in S. scripturis magno numero occurrentia citra ulteriorem moram denuo tractabit., Sommersemester 1666

[...] Alias etiam in physicis & medicis sacris diatribis perget., Wintersemester 1666/1667

Valentinvs Henricvs Voglervs ubi ea, quae in physiologia cum pathologia junctim explicanda de sensibus & facultate locomotiva restant, absolverit, omnia deinceps, quemadmodum altero abhinc anno factum, singulis ordinariis horis partem eorum publicae auditorum disquisitioni proponendo, uberius illustrabit. [...], Wintersemester 1666/1667

Valentinus Henricus Voglerus in publicis pathologicis exercitationibus perget, in physiologiam de novo redordietur, eamque partim differendo partim mox auditorum disquisitionibus itidem committendo tradet. [...], Sommersemester 1667

[...] Et simul ac magistratu abierit, ad domesticas etiam aliasque diatribas revertetur., Sommersemester 1667

Valentinvs Henricvs Voglervs coeptam de nutritione facultateque vegetativa & vitali physiologiam tam dissertationibus quam exercitationibus institutis publice tradet., Wintersemester 1667/1668

Valentinvs Henricvs Voglervs ubi ea quae de foetu & partu exponenda restant absolverit, doctrinam de facultate sensitiva &, praemissa osteologia, locomotiva publice tradet. [...], Sommersemester 1668

[...] Privatim vero tum aliis operam suam petentibus, tum iis in Artis operibus sese exercere cupiunt, vacabit., Sommersemester 1668

[...] privatas exercitationes instituendo petentium desideriis satisfaciet. Rogatus item a nonis SS. Theologiae Studiosis ea, quae vel ad physicam vel medicinam spectantia in N.T. leguntur, domesticis diatribis illustrabit., Wintersemester 1668/1669

Valentinvs Henricvs Voglervs ubi ea, quae in osteologia & doctrina de facultate locomotiva restant, absolverit, simplicium medicamentorum vires tradet. [...], Wintersemester 1668/1669

[...] Publicas quoque ad Conringianam introductionem in Artem [...], Wintersemester 1668/1669

Valentin. Henric. Voglervs in simplicium medicamentorum facultatibus exponendis perget, eaque doctrina absoluta Semeioticam, in utriusque valetudinis exactam cognitionem ducentem, tradet. Alias quoque operam suam expetentibus vacabit., Sommersemester 1669

Valentinvs Henricvs Voglervs doctrina de facultatibus simplicium medicamentorum absoluta, quod brevi fiet, Semeioticam deinceps publice proponet. Alias etiam sive in publicis [...] exercitationibus instituendis operam suam petentibus promte vacabit., Wintersemester 1669/1670

[...] Alias etiam [...] sive privatis exercitationibus instituendis operam suam petentibus promte vacabit., Wintersemester 1669/1670

[...] Privatim quoque opera sua usuris promte vacabit., Sommersemester 1670

Valentin. Henric. Voglervs in Semeioticis publice proponendis perget, absolutaque disquisitionibus committet, inde ad alia, prout auditorum commoda postulaverint, progressurus. [...], Sommersemester 1670

Valentinvs Henricvs Voglervs quae in Semeioticis restant absolvet, & universale publicis auditorium disquisitionibus committet, inde aliud argumentum tractaturus., Wintersemester 1670/1671

Valentin. Henricvs Voglervs D. Absolutis jam praelectionibus Semeioticis, praecipuorum maximeque usitatorum compositorum medicamentorum examen publice instituet, eorundem vires & usum, quemadmodum antehac in simplicibus fecit, propositurus: [...], Sommersemester 1671

[...] simul interea quoque singulis hebdomadibus alternisque vicibus Semeioticas exercitationes ad finem usque continuando., Sommersemester 1671

Valentinvs Henricvs Voglervs in compositorum medicamentorum expositione & usu monstrando perget, iisque ad finem perductis, de Nutritione ejusque vitiis aget., Wintersemester 1671/1672

Valentin. Henric. Voglervs D. in doctrina de nutritione ejusque vitiis perget, eamque ad finem perductam publicis disquisitionibus committet, inde diaetetica tractaturus. [...], Sommersemester 1672

[...] Neque deerit privatam operam suam petentibus., Sommersemester 1672

Valentin. Henric. Voglerus quae de nutritione ejusque vitiis restant, addet, & omnia tum publicis auditorum disquisitionibus committet, inde diaetetica tractaturus., Wintersemester 1672/1673

Valentin. Henric. Voglervs coeptas de Nutritione physiologicas juxta ac pathologicas publicas exercitationes omnibus ordinariis horis continuabit, nisi si urgentia moramque non ferentia negotia, quorum procuracionem magistratus functio postulat, impedimento fuerint. Iis autem ad finem perductis Diaetetica protinus, ceu pridem pollicitus est, subjunget., Sommersemester 1673

Valentin. Henric. Voglervs in Diaeteticis, quae superiori mense exorsus est, publice tradendis progredietur, eaque ad finem perducta publicis auditorum disquisitionibus, perinde ut ante hac in

aliis factum committet., Wintersemester 1673/1674

Valentin. Henric. Voglerivs in Diaetricis perget, eaque ad finem perducta publicis auditorum disquisitionibus committet, deinde tertium librum Aphorismorum Hippocratis proponet [...], Sommersemester 1674

[...] Privatis etiam exercitationibus studiosorum commoda promte juvabit., Sommersemester 1674

Valentinvs Henricvs Voglerivs in Aphorismorum Hippocratis tertiae sectionis interpretatione perget, eaque ad finem perducta primam proponet., Wintersemester 1674/1675

[...] Privatim vero physiologiam juxta ac pathologiam junctim succincta methodo proponet., Sommersemester 1675

Valentin. Henric. Voglerivs in nuper coepta de simplicium medicamentorum facultatibus doctrina publice perget. [...], Sommersemester 1675

[...] Privatim vero physiologiam & pathologiam junctim porro tradet, inde practicum exercitium instituturus., Wintersemester 1675/1676

Valentin. Henric. Voglerivs in simplicium medicamentorum facultatibus publice proponendis perget, iisque ad finem perductis vel Diaetetica vel Semeiotica tractabit. [...], Wintersemester 1675/1676

Valentin. Henric. Voglerivs Diaeticam publice proponet, eamque auditorum disquisitionibus committendo uberius illustrabit. [...], Sommersemester 1676

[...] Privatim vero Practicas exercitationes instituet., Sommersemester 1676

Valent. Henric. Voglerivs jam tum coeptam pathologiam publice proponet, initio a pectoris morbis facto. [...], Wintersemester 1676/1677

[...] Privatim vero practicas aliasque exercitationes instituet., Wintersemester 1676/1677

Dissertationen (12)

De Philosophia In Genere Disputatio Academica, 28.02.1689. VD17 1:062738D

De Haemorrhagia Narium Disputatio Medica Inauguralis, 26.06.1673. VD17 39:158737W

De Scorbuto Disputatio Medica, 05.10.1657. VD17 23:238649H

De Phthisi Disputatio Inauguralis, 14.08.1660. VD17 23:246920N

De chyli generatione et motu Disputatio physiologica, 30.09.1656. VD17 23:238641X

Ex universa medicina depromptas comprehendens Disputatio medica Theses varias, 28.10.1654. VD17 7:696845H

Exercitationum physiologicarum III, 1659

De venenis Disputatio medica, 21.12.1661. VD17 39:150565E

De tussi Disputatio medica, 27.11.1667. VD17 23:246994P

De pleuritide Dissertatio medica, 17.04.1669. VD17 7:696844A

De Causo Disputatio Medica, 30.09.1660. VD17 23:246923L

De Arthritide Disputatio Medica, 03.04.1657. VD17 23:238628N

Beteiligung an Dissertationen (5)

Respondent in: Hermann Conring (Präses): De lacte exercitatio physiologica, 11.09.1649. VD17 23:688359Y

Widmungsempfänger in: Hermann Conring (Präses): De incubatione in fanis deorum medicinae

causa olim facta Exercitatio philologico-medica, 31.07.1659. VD17 547:630008R

Respondent in: Hermann Conring (Präses): De Vertigine Disputatio Medica, 31.12.1650. VD17 12:180477F

Respondent in: Hermann Conring (Präses): De Lacte Exercitatio Physiologica, 1678

Respondent in: Friedrich Ulrich Calixt (Präses): Dissertatio theologica De religione Judaica et Judaeorum conversione , 31.08.1686. VD17 23:631551B

Reden und Programme (15)

Valentin Heinrich Vogler: Programma Festo Pentecostes In Academia Iulia. VD17 23:246766Y

Valentin Heinrich Vogler: Programma Festo Resurrectionis Domini In Academia Iulia. VD17 23:246762T

Valentin Heinrich Vogler: Programma In Funere Venusti Puelli Georgii, Clarissimi Et Doctissimi Viri, Johannis Erici Calixti, Academiae Iuliae Bibliothecarii Adjuncti, Unici Filii, P.P. VD17 23:263389F

Valentin Heinrich Vogler: Programma In Funere Clarissimi, Consultissimi, Prudentissimique Viri, Conradi Hosangi, I. U. Ddi, Oppidi huius Consulis gravissimi, Iudiciiue Aulici VVolfenbyttelensis Adsectoris, P. P. VD17 23:261781H

Valentin Heinrich Vogler: Programma In Funere Clarissimi Experientissimique Viri, Johannis Henrici Bossen/ Medic. Ddi, civitatisque Helmstadiensis Medici ordinarii, P.P. . VD17 23:261784F

Valentin Heinrich Vogler: Programma In Funere Honoratißimae matronae Apolloniae Christs/ Spectatißimi & prudentißimi Viri, Valentini Döringii, Consulis quondam huius oppidi gravissimi, Relictae Viduae, P.P. . VD17 23:261777X

Valentin Heinrich Vogler: Programma In Funere Nobilißimae honoratißimaeque Matronae, Annae Mariae Tülsnerin/ ... Hulderici Eybenii ... Coniugis Desideratissimae, P.P. VD17 23:261222Z

Valentin Heinrich Vogler: Programma In Funere Perquam Reverendi Doctissimique Viri, M. Petri Cannemanni, Ecclesiastae & Archidiaconi Helmstadiensis usque ad XLum annum fidelissimi optimeque meriti, XIV Aprilis, MDCLXVII. placide in Domino defuncti, P.P. VD17 39:101769K

Valentin Heinrich Vogler: Programma Festo Resurrectionis Domini Nostri Jesu Christi In Academia Iulia. VD17 23:234097A

Valentin Heinrich Vogler: Programma Festo Pentecostes In Academia Iulia. VD17 23:234094C

Valentin Heinrich Vogler: Valentini Henrici Vogleri Ad Sacrae Physicae Et Medicinae In Academia Iulia Studiosos Programma. VD17 23:234073G

Valentin Heinrich Vogler: Programma Festo Nativitatis Servatoris Nostri Jesu Christi In Academia Iulia. VD17 23:246304X

Valentin Heinrich Vogler: Programma Festo Michaelis Archangeli. VD17 23:234089K

Valentin Heinrich Vogler: Clarissimi Viri Joannis Horneii Opt. art. & Philos. Magistri, atque in acad. Rinthelensi Professoris Publici, e Iulia abeuntis, Propempticon. VD17 23:316447U

Valentin Heinrich Vogler: Programma In Funere Clarißimi & excellentißimi Viri, Joannis Sigfridi Phil. Et Med. Doctoris, & huius in acad. Iulia Professoris primarii. P.P., 02.10.1623. VD17 23:263040V

Beteiligung an Reden und Programmen (3)

contributor in: Prorektor und Senat der Universität Helmstedt: Programma In Funere Viri Nobilissimi Et Experientissimi Dn. Valentini Henrici Vogleri Philos. & Medic. Doctoris huiusq[ue] Profess. Publ. & Ordinar. Et Filioli Eius Christophori Ulrici P.P. , 08.04.1677. VD17 23:261084T

contributor in: Valentin Heinrich Vogler: Programma Festo Pentecostes In Academia Iulia. VD17 23:246766Y

contributor in: Valentin Heinrich Vogler: Programma Festo Resurrectionis Domini In Academia Iulia. VD17 23:246762T

Rechenschaftsberichte

Zeitraum	10.01.1653–31.01.1653
Text	Sub finem proxime elapsi anni allectus sum in ordinem Professorium; inde XX die Ianurarii auspicatus fui publicas praelectiones, exposita natura Elementorum tum in genere tum in specie, quantum quidem illa cognitio futuro Medico inservit / Singulis septimanis quatuor horas docui, exceptis ordinariis feriis. Exhibui etiam Anatomen corporis virilis, per X. quidem dies quotidie binis demonstrationibus de eo publice habitis subsequentes vero aliquot dies solis Artis nostrae studiosis nonnulla accuratius adhuc explicando impendens. / Valentinus Henricus Voglerus
Quelle	37 Alt 204, H.1, 147
Zeitraum	30.09.1653–30.11.1653
Text	Mensibus Octobri et Novembri, tribus tantum vicibus exceptis, ordinariis publicis praelectionibus vacavi / Decembri partim propter pharmacopolii academici visitationem partim ob valetudinem id ipsum facere prohibitus / Valentinus Henricus Voglerus D.
Quelle	37 Alt 204, H.1, 120, 121 (Duplette)
Zeitraum	15.01.1655–30.03.1655
Text	Anno MDCLV / Ianuario mense peractis feriis ad operas reversus, diebus XV, XVI, XVIII, XIX, XXII, XXII, XXVI, XXIX, XXX docui: / XXV propter inauguralem disputationem Röseleri prohibitus. / Februario mense diebus V, VIII, IX, XII, XIII, XV, XVI, XIX, XX, XXII, XXIII, XXXVI, XXVII docui: / VI prohibitus, quod Milagio peroranti opera danda esset. / Martio mense diebus I, II, V, VI, VIII, IX, XII, XIII, XV, XVI, XIX, XXII, XXIII, XXVI, XXVII, XXXIX, XXX docui: / XX propter exsequiis Celebrissimis Horneii filiulae prohibitus. / Exercui autem partim illa quae de Generatione Hominis docenda restabant: partim naturam Physiologie et Elementorum in genere. Istam enim nuper denuo exorsus sum. / Valentinus Henricus Voglerus
Quelle	37 Alt 2489; 37 Alt 204, H.2, 20; 97
Zeitraum	31.03.1655–31.05.1655
Text	Anno MDCLV / Aprili mense usque ad Paschatos festum et peractis feriis die ultimo publice docui / Maio mense quotquot diebus oportui publice docui praeter duos, quibus lustrationi et traditioni pharmacopolii Academici iussus interfui / Institui etiam publicam herbationem / Iunio mense quantum per ordinarias ferias licuit publice docui: quater tamen propter publicum Candidatorum Philosophiae examen eorumque promotionem et privatum consistorium prohibitus / Valentinus Henricus Voglerus
Quelle	37 Alt 204, H.2, 96

Zeitraum	30.06.1655–31.08.1655
Text	Anno MDCLV / Iulio mense quotquot diebus debui, publice docui, praeter duos, quibus publicum consistorium et mutatio ViceRectoratus habita fuit / Augusto mense itidem quibus oportuit diebus publice docui, exceptis tribus propter examen chirurgi et disputationes inaugurales Iuridicas / Habui quoque sollemnem herbationem / Septembri mense publice docui, praeter quinque dies, quibus ob privatum negotium, tres disputationes inaugurales Iuridicae, et nuptiae civis opidani praelectiones differre sum coactus / Valentinus Henricus Voglerus
Quelle	37 Alt 204, H.2, 76, 94 (Duplette)
Zeitraum	30.09.1655–30.11.1655
Text	Anno MDCLV / Octobri mense natalem Academiae Iuliae publica oratione celebravi / sequentibus diebus publice docui, prater quatuor, quorum praelectiones partim disputatio quadeam inauguralis Iuridica partim promotio et nuptiae Doctoris Eichelii interceperunt / Institui etiam publicam herbationem / Novembri mense publice docui usque ad diem XIIimum, quo valitudine tentatus ad XXmum diem domo pedem efferre non potui: eo autem die ad praelectiones reversus sequentibus officium feci, semel ob civis opidani nuptias impeditus / Decembri mense usque ad diem XXmum publice docui et doctrinam de Temperamentis absolvi / Valentinus Henricus Voglerus
Quelle	
Zeitraum	31.12.1655–29.02.1656
Text	Anno MDCLVI Ianuario mense peractis feriis die XIVo ad publicas praelectiones reversus, sequentibus stasis diebus iis vacavi unicum tantum lectionem propter Facultatis negotium differre coactus / Februario mense omnibus diebus, quotquot ex officio incubuit, publice docui / Martio mense itidem omnes debitas publicas praelectiones habui, praeter unam quam Facultatis negotium inhibuit / Valentinus Henricus Voglerus
Quelle	37 Alt 204, H.2, 74
Zeitraum	31.03.1656–31.05.1656
Text	Anno MDCLVI Aprili mense quantum per ordinarias ferias licuit, publice docui: biduo tantum excepto, quod programmati in funus Beati Mehlbomii conscribendo impendendum fuit / Maio mense usque ad Pentecostes festum ordinariis publicis praelectionibus vacavi, praeter unum diem quo in vicinum rus vocatus abii / Institui etiam publice indictam herbationem / Iunio mense ordinariis feriis adhuc durantibus cum Magistro Horneio necessariis de caussis Eimbecam sum profectus / unde die XXo mensis reversus, reliquis diebus publicas praelectiones habui / Valentinus Henricus Voglerus
Quelle	37 Alt 204, H.2, 95
Zeitraum	30.06.1656–31.08.1656
Text	Anno MDCLVI Iulio mense quibus diebus oportuit publice docui, nisi quod semel propter disputationem inauguralem Iuridicam sim prohibitus / Habui itidem publice significatam herbationem / Augusto mense ceteris diebus

	<p>publice docui, praeter quatuor, quibus tum examen privatum Candidati in nostra Facultate tum publicum Candidatorum in Philosophica horumque promotio instituta fuit / Septembri mense, quantum eius hactenus peractum est, publicas praelectiones habui: quater ob totidem disputationes inaugurales impeditus / Tertiam insuper herbationem publicam institui / Valentinus Henricus Voglerus</p>
Quelle	37 Alt 204, H.2, 75
Zeitraum	13.10.1656–23.12.1656
Text	<p>Anno MDCLVI / Octobri mense / Die XIII ad praelectiones reversus, in quonam consistat augmentatio et quid a quantitatis extensione differat, ostendi / Die XIV, an omnes partes augeantur, ex quo modo quare specie / Die XVI propter publicum consistorium docere non licuit / Die XVII, quomodo partes in auditione se habeant, ex qua aetate corpora crescant, ostendi / Die XX, de fine et facultate augmentationis egi / Die XXI, de differentiis augmentationis et decretione / Die XXIII, de Generatione et facultate generatrice in genere / Die XXIV, de discrimine sexus et an possit transmutari / Die XXVII, in quaestione illa perrexi, et de usu vasorum spermaticorum / Die XXVIII, novam circa haec Glissonii opinionem examinavi / Die XXX, exercitium anatomicum habitum est secto taxo [?] / Die XXXI an semen ex omnibus partibus decerpatur, exposui / Novembri mense Die III, de usu [...] egi quodque foeminae verum semen gignant / Die IV et VI propter tentamen et privatum examen Candidati / VII ob privatum consistorium docere non licuit / [v] / Die X de differentia utriusque seminis et conceptu egi / Die XI, disputavit pro gradu Berckelmannus / Die XXII habita fuit promotio in nostra Facultate / Die XVII et sequente fuerunt nundinae / Die XX, de usu utriusque seminis, calidi ortu eiusque prima operatione egi / Die XXI, XXIV, et XXV de productione similarium partium / Die XXVII, de facultate plastica ex dissimilarium partium generatione / Die XXVIII, intra quod tempus haec fiant, et an foetus per os nutriatus / Decembri mense / Die 1 posteriorem quaestionem absolvi / Die II de sanguine materno egi, quid ex qualis sit / Die IV, qua de causa stato tempore excernatur / Die V, an in foetu recrementi humores colligantur, et de eius motu / Die VIII, de partu / Die IX, de temporibus partus, et omnem hanc doctrinam absolvi / Die XI, de Sensu in genere, et quid ille proprie sit / [70r] / Die XII, sensationem patiendo fieri, et quae ad facultatem sensitivam requirantur / Die XV, sensum non esse arbitrarium, et de variis sensuum differentiis / Die XVI, an singuli sensus singulis elementis respondeant et de propriis communibusque sensibilibus / Die XVIII habita fuit disputatio inauguralis Iuridica / Die XIX, de Nervorum origine diversas sententias earumque argumenta proposui / Die XXII, argumenta ea examinavi / Die XXIII, de cavitate nervorum, quidque in eis contineatur, egi / Valentinus Henricus Voglerus</p>
Quelle	37 Alt 2489, 69-70
Zeitraum	03.01.1657–30.01.1657
Text	<p>Anno MDCLVII / Ianuario mense die XII 》 Ad praelectiones reversus de usu Nervorum egi. / Die XIII ♂ Propter funus consulis Roieri docere non licuit. / Die XV Ɔ De discrimine nervorum, et nova de iis Glissonii opinione. / Die XVI ♀ De Tactu, et praecipue eius obiecto. / Die XIX 》 De constitutione sensorii, et quid hic sensus à reliquis peculiare habeat. / Die XX ♂ De reliquis ad hunc</p>

- sensum necessariis, item causa eius finalis. / Die XXII ꝓ Mutatio Prorektoratus facta est. / Die XIII ♀ De Gustu, eius obiecto, et in quonam sapor haereat. / Die XXVI ꝓ Quis saporum primus sit, de sensorio gustus eiusque dispositione. / Die XXVII ♂ Propter exequias Moharmanni docere non licuit. / Die XXIX ꝓ Quare gustus nobis concessus sit, et de obiecto Olfactus. / Die XXX ♀ Quomodo odor ad sensorium veniat, et de vero eius sensus instrumento. / Valentinus Henricus Voglerus.
- Quelle 37 Alt 2490, Fol. 53
- Zeitraum 03.02.1657–27.02.1657
- Text Anno MDCLVII / Februario mense Die III ♂ De usu olfactus et obiecto Visus egi. / Die V ꝓ De diaphano ceterisque eo pertinentibus. / Die VI ♀ De lumine et oculo. / Die IX ꝓ Quo modo visio fiat. / Die X ♂ De oculi figura, temperie, aliisque ad visum pertinentibus. / Die XII ꝓ De Sono, eius generatione, differentiis, et medio. / Die XIII De aure externa et modo auditionis. / Die XIII ♀ De aure interna et aëre implantato. / Die XXIII ꝓ De memoriae discrimine, de Somno eiusque causa. / Die XXIV ♂ Propter disputationem inauguralem Iuridicam docere non licuit. / Die XXVI ꝓ Quaenam partes per somnum potissimum afficiantur. / Die XXVII ♀ Quomodo fiat Somnus, et quam multa eum inducant. / Valentinus Henricus Voglerus.
- Quelle 37 Alt 2490, Fol. 54
- Zeitraum 02.03.1657–23.03.1657
- Text Anno MDCLVII / Martio mense Die II ꝓ De Ossium natura et cavitate egi. / Die III ♂ De medulla processibus et appendicibus eorundem. / Die V ꝓ De iisdem, et an ossa sentiant. / Die VI ♀ De facultate Locomotiva, et praecipue de musculis. / Die IX ꝓ De facultate influente reliquisque ad motum necessariis. / } Die X ♂ [et] Die XII ꝓ Propter examina Candidati nostrae Facultatis docere non licuit. / Die XIII ♀ Quo modo motus fiat, de Voce item, quidque ad eam conferat pulmo. / } Die XVI ꝓ [et] Die XVII ♂ Nundinae fuerunt. / Die XIX ꝓ De lingua ceterisque ad vocem necessariis. / Die XX ♀ Propter parasceuen festi Annunciationis postridie celebrandi docere prohibitus. / Die XXIII ꝓ De facultate Intellectiva, omnemque physiologiam absolvi. / Valentinus Henricus Voglerus.
- Quelle 37 Alt 2490, Fol. 55
- Zeitraum 16.04.1657–30.04.1657
- Text Anno MDCLVII / Aprili mense Die XVI ꝓ Ad praelectiones redire, ut conceperam per disputationem inauguralem Iuridicam non licuit. / Die XVIII ♀ De alimenti et medicamenti discrimine egi variisque speciebus. / Die XX ꝓ An medicamentum possit fieri alimentum. et quot species facultatum medicamentorum sint, exposui. / Die XXI ♂ An medicamenta actu vel potestate sint talia, et quomodo facultates simplicium investiganda. / Die XXIII ꝓ Propter disputationem inauguralem Iuridicam docere non licuit. / Die XXIV ♀ Propter funus Henrici Lotichii docere non licuit. / Die XXVII ꝓ De facultatibus herbarum agere coepi, et seorsim quidem de Abrotono et Absinthio. / Die XXVIII ♂ De Acantho, Acetosa, Adianto, Agerato, Agrimonia. / Die XXX ꝓ De Agnocasto, Alcea, Alchimilla, Alliaria, Alsine, Althaea. / Valentinus Henricus

- Quelle Voglerus.
37 Alt 2490, Fol. 56
- Zeitraum 04.05.1657–15.05.1657
Text Anno MDCLVII / Maio mense Die ♀ De Analgallide, Anchusa, Anetho, Angelica egi. / Die IV ♂ De Anonide, Anferina, Apio, Aquilegia, Aristolochia. / Die V ♂ De Artemisia, Aparine, Asaro, Asparago, Atriplice. / Die VIII ♀ Publicam herbationem institui. / Die XI ♂ De Auricula muris, Basilico, Bellide, Benedicta, Beta. / Die XII ♂ De Betonica, Blito, Botry, Branca ursina Germanica. / Die XIV ♀ De Brassica hortensi, silvestri, marina. / Die XV ♀ De Borrachine, Buglossa, Bursa pastoris, Buxo, Calamintha. Reliquum mensis feriae occupaverunt. / Valentinus Henricus Voglerus.
- Quelle 37 Alt 2490, Fol. 57
- Zeitraum 11.06.1657–30.06.1657
Text Anno MDCLVII / Iunio mense à kalendis usque ad diem XI propter auctionem librorum docere non licuit. / Die XV ♂ De Carduo benedicto, Carduo Mariae, Caprifolio, Centaurio minore egi. / Die XVI ♂ De Cerefolio, Chamaedry, Chamaelea. / Die XVIII ♀ De Chamaelo, Chamaepity, Chelidoniis, Chiorio. / Die XIX ♀ De Cicuta, Cochlearia, Consolidis. / Die XXII ♂ De Cardiaca, Conyza, Corallina, Coronopo, Cotulis. / Die XXV ♀ De Crassula, Crithmo, Cruciata, Cuscuta, Cynoglossa. / Die XXXI ♀ Propter negotia domestica docere fui prohibitus. / Die XXIX ♂ De Dentaria, Dictamno, Digitali, Dulcamara. / Die XXX ♂ De Ebulo, Endivia, Epithymo, Equiseto, Eufrasia, Eupatoriis, Filipendula, Filice. / Valentinus Henricus Voglerus
- Quelle 37 Alt 2490, Fol. 58
- Zeitraum 26.04.1658–30.04.1658
Text Anno MDCLVIII / Aprili mense ordinariis feriis peractis die XXVI ☾ ad praelectiones reversus in doctrina superiori hyeme coepta perrexi, egique de natura sicci ex humidis. / Die XXVII ♂ Egi de Ignis summa caliditate, levitate, subtilitate. / Die XXIX ♀ De eius vi agendi siccandi, attrahendi. / Die XXX ♀ De eius differentia ratione luminis. / Valentinus Henricus Voglerus
- Quelle 37 Alt 2491, Fol. 114
- Zeitraum 03.05.1658–28.05.1658
Text Anno MDCLVIII / Maio mense die III ☾ Egi de Ignium discrimine ratione mobilitatis et vi urendi. / Die IV ♂ De Aëris caliditate et humiditate. / Die VI ♀ De eius levitate, mobilitate, facultateque pinguefaciendi. / Die VII ♀ De spongiosa eius natura, et hac occasione superius anni calamitate admonitus de Contagio et morbis contagiosis in genere. Die X ☾ In quo contagium consistat, de eius differentiis, in quibus haereat, quotque modis communicetur. / Die XI ♂ De contagii caussis, et quidem caelestibus. / Die XIII ♀ De opinione Fracastorii, et caussis subterraneis contagii. / Die XIV ♀ an, ubi, et in quantum aër inficiatur. / Die XVII ☾ De contagii certo quasi tempore saevientis caussis, et quare se in nonnullis locis et rebus diu possit occultare. De Aquae item frigiditate et humiditate. / Die XVIII ♂ De eius gravitate, limpitate, porositate. / Die XXI ♀ Propter disputationem inauguralem

Quelle	iuridicam docere non licuit. / Die XXIV ☾ De aquae vi humectandi et aliarum verum acrimoniam obtundendi. / Die XXV ♂ De Terrae frigiditate et glaciei generatione. / Die XXVII ♀ Herbationem sollemnem institui. / Die XXVIII ♀ De terrae siccitate, gravitate, porositate. / Valentinus Henricus Voglerus. 37 Alt 2491, Fol. 115
Zeitraum	31.05.1658–31.05.1658
Text	Anno MDCLVIII / Iunio mense ipso quatuor temporum ieiunio gravi morbo sum oppressus, qui vires ita afflixit, ut neque hoc neque proximis mensibus officium facere licuerit. / Valentinus Henricus Voglerus.
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 116
Zeitraum	30.06.1658–31.08.1658
Text	Anno MDCLVIII / Mense Iulio et Augusto cum gravi morbo, qui Iunio me invasist, colluctatus, accedentibus subinde aliis symptomatibus; bis etiam recidivam febrem passus, officium facere non potui. Qua re [?] usque adeo vires fuerunt afflictatae, ut reliquis morbi debellandis valetudinique firmandae Septembrem adhuc coactus fuerim impendere. / Valentinus Henricus Voglerus
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 117
Zeitraum	11.10.1658–24.10.1658
Text	Anno MDCLVIII / Octobri mense quum die XI ad praelectiones reverti constituisssem, paucis diebus ante gravi casu domestico perturbatus idipsum praestare non potui. / Die XII ♂ et XIV ♀ Privata nostrae Facultatis examina subiit Christianus Fabricius. / Die XVIII ☾ Publice significatam herbationem institui. / Die XVIII ♂ In genere disserui de IVto libro Meterologico Graecisque ac Arabicis eius commentatoribus. / Die XXI ♀ De Latinis eiusdem interpretibus, et principium caput primi exposui. / Die XXII ♀ De primis qualitibus earumque operationibus in genere egi. / Die XXV ☾ Quid generatio sit quidque ad eam requiratur explicavi. / Die XXVI ♂ De differentiis generationis quomodoque fiat. / Die XXVIII ♀ De naturali ac violenta corruptione, et de putredine in genere. / Die XXIX ♀ Quanam corpora simplicia putrescant, quae non, quamque ob causam, definitionem item putrefactionis exposui. / Valentinus Henricus Voglerus.
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 118
Zeitraum	01.11.1658–16.11.1658
Text	Anno MDCLVIII / Novembris mensis die I ☾ Quomodo calor et frigus sint causa putredinis explicavi. / Die II ♂ Quae facile putrescant, quae non. / Die IV ♀ Disputavit gradu Fabricius. / Die V ♀ De putredine humorum in corpore nostro egi. / Die VIII ☾ De eadem et productione vermium in corpore nostro; item ad caput III edit. Pacianae definitionem concoctionis. / Die IX ♂ Die fine et modo concoctionis. / Die XI ♀ De effectu concoctionis eiusque opposito. / Die XII ♀ Disserui de naturatione ad caput IV. / Die XV ☾ Fuerunt nundinae. / Die XVI ♂ Disputavit pro gradu And. Behrens. Reliquum mensis occupavit auctio Dürriana. / Valentinus Henricus Voglerus.
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 119

- Zeitraum 02.12.1658–23.12.1658
 Text Anno MDCLVIII / Decembris mensis die II ꝓ De humorum in corpore nostro maturatione, maturationisque effectu egi. / Die III ♀ De cruditate. / Die VI ☾ Ab horologio, quod inordinate moveretur, deceptus fui. / Die VII ♂ Ad caput V quid sit elixatio quomodoque fiat. / Die IX ꝓ Consistorium publicum sub fide iuramenti indictum praelectionem impedivit. / Die X ♀ Quae elixari possint, quae non. / Die XIII ☾ Habita est disputatio inauguralis Iuris Meieri. / Die XIV ♂ De elixationis fine et effectu. / Die XVI ꝓ De inquinatione, et ad caput VI quomodo fiat assatio. / Die XVIII ♀ De assationis effectu et speciebus. / Die XX ☾ De eius opposito, et ad caput VII de humido et sicco. / Die XXI ♂ Caput VIII De duro et molli. / Die XXIII ꝓ De eadem re ulterius egi eamque ad corpus nostrum accommodavi. / Valentinus Henricus Voglerus
 Quelle 37 Alt 2491, Fol. 120
- Zeitraum 17.01.1659–31.01.1659
 Text Anno MDCLIX / Ianuario mense die XVII ☽ caput IX quarti meteorologiae exposui / Die XVIII ♂ ad caput X, quomodo sit frigidum passivum et calefaciat / Die XXꝓ de iis quae siccantur, et de exsiccatione egi / Die XXI ♀ ad caput XI, quae concrecant et quam ob causam / Die XXIV ☽ et XXV♂ propter odontalgiam docere non licuit / Die XXVII ꝓ De iis quae concrecant et crassescunt / Die XXVIII ♀ de concretione ac liquefactione ferri aliorumque metallorum / Die XXXI ☽ de concretione et solutione lapidum, salis aliorumque / Valentinus Henricus Voglerus
 Quelle 37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol.113 /114; 143
- Zeitraum 03.02.1659–28.02.1659
 Text Anno MDCLIX / Februario mense die III ꝓ quare oleum non siccetur, exposui / Die IV ♀ quae exsiccentur et a frigore condensentur / Die VII ☽ de iis quae a frigore concrecant, quae item a colore, egi. / Die VIII ♂ per nuptias civis oppidani docere prohibitus fui / Die X ꝓ de lactis et sanguinis coagulatione egi / Die XI ♀ de sanguine ichoroso et pituita / Die XIV ☽ quod signum non esset datum, praelectio cessavit / Die XV ♂ et XVIIꝓ peregre abfui / Die XVIII ♀ de iis quae solvi possunt, quae non, egi / Die XXI ☽ auctio praelectionem impedivit / Die XXII ♂ doctrinam de solutione ad corpus nostrum accommodavi, et ad caput XII et XIII principium egi de corporum similarium principiis et affectionibus in genere / Die XXIV ꝓ de concretibus, adiuncto eius rei in nostro corpore usu / Die XXV♀ de inconcretili, et de argento vivo / Die XXVIII ☽ de mollificabili, quemque usum id praestet in medicina / Valentinus Henricus Voglerus
 Quelle 37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol. 115; 144
- Zeitraum 01.03.1659–11.03.1659
 Text Anno MDCLIX / Martio Mense die I ♂ de eliquabili et humectabili egi / Die IIIꝓ de flexili, directili, factili, friabili / Die IV♀ de impressili et pressili / Die VII ☽ de tractili, ductili, fissili / Die VIII ♂ de sectili, lento, densatili, combustili, exhalabili / Die X ꝓ de vapore et exhalatione / Die XI♀ in luctum per obitum carissimae matris fui coniectus, unde reliquis mensis diebus praelectionibus

Quelle	non potui vacare / Valentinus Henricus Voglerus 37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol.116; 148
Zeitraum	18.04.1659–28.04.1659
Text	Anno MDCLIX / Aprili mense die XVIII ᵹ reversus ad praelectiones egi de fumo eiusque generibus / Die XIX ♂ de combustili et inflamabili / Die XXI ♀ in eadem doctrinae perrexi / Die XXII ♀ ad caput XV, IVti Meteorologiae disserui de variis differentiis corporum similarium ratione materiae / Die XXV ᵹ de corporibus similaribus in specie / Die XXVI♂ ad caput XVI de caliditate et frigiditate eorundem / Die XXVIII ♀ ad caput ultimum de λόγῶ ac forma tam similarium quam dissimilarium, et librum istum absolvi / Valentinus Henricus Voglerus
Quelle	37 Alt 2492, fol.117
Zeitraum	02.05.1659–26.05.1659
Text	Anno MDCLIX / Maio mense die II ᵹ ad simplicium medicamentorum expositionem reversus egi de Croco / Die III♂ de floribus Cyani, Cytino, Echii palustris, Epithymi, Genistae, Hyacinthi, Dunco odorato / Die V♀ de Labrusca, Lavendula, flore Ligustri, Lilio albo et lilio [?] convallium / Die VI ♀ de flore Lupuli, Malvae, Meliloti, Melissa, Narcissi, Nymphaeae, Nucum iuglandium, Origani, Othonnae, Persicorum / Die IX ᵹ de flore Prunellae, Papaveri, Paeoniae, Periclymeni, Rosis / Die X♂ habita est disputatio inauguralis Iuridica / Die XIII♀ iterum de Rosis, item de Saliunca, flore Salicis, Sambuci, Stechade utraque, Spira nostra, flore Scabiosa / Die XVI ᵹ de flore Siliginis, Tiliae, Verbasci communis et odorati, Violis / Die XVII♂ de semine Acetosae, Agni casti, Altheae, Ammeos, Amomi / Die XIX♀ de semine Anethi, Anisi, Apii sativi, Anthorae, Aquilegiae / Die XX♀ de semine Astaragi, Atriplicis, Bardanae, Basilici, Baucaiae, Berberorum, Bombacis, Brassicae caulis, Bulbi seu Cepae / Die XXVI♀ publice indictam herbationem institui / Valentinus Henricus Voglerus
Quelle	37 Alt 2492, fol.118
Zeitraum	06.06.1659–30.06.1659
Text	Anno MDCLIX / Iunio mense die VI ᵹ egi de semine Cannabis, Cardui benedicti et Mariae, Carui, Cartami / Die VII♂ de semine Caerefolii, Chermes, Coccis Indicis, semine Coriandri / Die IX♀ de Ciceribus, semine Cicutae, Cydoniorum / Die X♀ de semine Citri, Citrulli, Cumini, Cucurbitae, Cucumeris, Danci, Erucae, Fabarum, Foeniculi / Die XIII ᵹ de semine Foeni Graeci, Fraxini, Fumariae, Genistae, Halicacabi / Die XIV♂ de semine Hordei, Hipposelini, Hyoscyami, Hyssop, Lactucae et Endiviae, Lathyris / Die XVI♀ habita est disputatio inauguralis Medica / } Die XVII♀ [et] die XX ᵹ ob consistorium publicum docere non licuit / Die XXI♂ de semine Lapati, Lentium, Levistici, Lini disserui / Die XXVII ᵹ de semine Lithospermi semine Milii solis, Ligustici veri, lupinis, semine Malvae, Maioranae / ♂ de semine Melonum, Mespilorum, Milii, Myrti, Myrtilli, Napi, Nasturtii / Die XXX♀ de semine Nigellae, Orizae, Orobi, Paeoniae / Valentinus Henricus Voglerus
Quelle	37 Alt 2492, fol.119

Zeitraum	05.07.1659–29.07.1659
Text	Anno MDCLIX / Iulio mense die IV 》 Physiologiam redorsus egi de praecipuis Institutionum Medicarum scriptoribus / Die V♂ Pro-Rectoratus Academiae fuit mutatus / Die VII♀ habita fuit disputatio inauguralis Medica / Die VIII♀ egi de subiecto et fine Medicinae / Die XI 》 et XII♂ fuerunt nundinae / Die XIV♀ de principiis Medicinae disserui / Die XV♀ in eadem re perrexi / Die XVIII 》 definitionem Medicinae a Liddelio datam exposui / Die XIX♂ de primariis Medicinae partibus egi / Die XXI♀ de reliquis eius partibus generalibus / Die XXII♀ institui publice significatam herbationem / Die XXV 》 de partibus ὑγιεινῆς egi / Die XXVI ♂ de instrumentis Medicinae et Diaetetica in genere / Die XXVIII♀ de Pharmaceutica in genere / Die XXIX♀ de Chirurgica in genere / Valentinus Henricus Voglerus
Quelle	37 Alt 2492, fol.120
Zeitraum	02.08.1659–30.08.1659
Text	Anno MDCLIX / Augusto mense die 1 》 egi de ordine et methodis / Die II♂ de iisdem et obiecto Physiologiae / Die IV♀ habita fuit disputatio inauguralis Medica / Die V♀ egi de natura elementi in genere / Die VIII 》 elementa esse finita et patibilia ostendi / Die IX♂ de qualitatibus locomotivis disserui / Die XI♀ de primis qualitatibus alterativis in genere / Die XII♀ habita fuit disputatio inauguralis Iuridica / Die XV 》 egi de primarum qualitatum istarum contrarietate, mutuaque actione et passione / Die XVI♂ de earundem definitionibus / Die XVIII♀ quomodo humidum et siccum agant, primaeque qualitates elementis competant, ostendi / Die XIX♀ de ignis caliditate et siccitate disserui / Die XXII 》 de eiusdem raritate, levitate, nutritione / Die XXIII♂ de igne sublunari eiusque motu / Die XXV♀ de ignium differentiis, et aeris levitate / Die XXVI♀ habita fuit disputatio inauguralis Iuridica / Die XXIX 》 egi de aeris caliditate et humiditate / Die XXX♂ habita est promotio in facultate Iuridica / Valentinus Henricus Voglerus
Quelle	37 Alt 2492, fol.121
Zeitraum	02.09.1659–27.09.1659
Text	Anno MDCLIX / Septembri mense die 1 ♀ egi de aqua et terra / Die II♀ ob negotium facultatis docere non licuit / Die V 》 et VI♂ fuerunt nundinae / Die VIII♀ egi de sinceritate et impuritate elementorum / Die IX♀ institui publicam herbationem / Die XII 》 egi de elementorum transmutatione; item quid mistio a generatione, corruptione et compositione differat, ostendi / Die XIII♂ quid mistio sit quidque ad eam requiratur / Die XV♀ de iisdem requisitis et miscibilium alteratione disserui / Die XVI♀ quid singula elementa in mistione praestent, et quare rerum mistiones sint perpetuae exposui / Die XIX 》 doctrinam de temperamento exorsus, Avicennae et Farabii opiniones examinavi / Die XX♂ quibus nominibus a Galeno afficiatur temperamentum et an sit instrumentum actionum, explicavi / Die XXII♀ definitionem temperamenti Liddelianam exposui / Die XXIII♀ de diversitate caloris egi / Die XXVI 》 de differentia caloris in animatis et inanimatis / Die XXVII♂ de temperamento fixo et fluente / Valentinus Henricus Voglerus
Quelle	37 Alt 2492, fol.122

Zeitraum	06.10.1659–31.10.1659
Text	Anno MDCLIX / Octobri mense die VI ꝛ egi de differentiis temperamentorum ratione misionis / Die VIIꝞ de numero temperamentorum, item an detur aliquod ad pondus / Die X ꝛ de eodem et quodnam ab eo sit proximum / Die XIꝞ quot modis aliquid dicatur σύμμετρον exposui / Die XIII ꝛ ob promotionem in Facultate Iuridica docere non licuit / Die XIVꝞ de eadem σύμμετρία ulterius egi / Die XVII ꝛ quomodo respectu partium totum vel aequaliter vel inaequaliter sit temperatum, aliquid etiam actu vel potestate, exposui / Die XVIIIꝞ de temperamento partium corporis nostri egi / Die XXꝛ de humorum temperamento / Die XXIꝞ de signis hominis quam maxime temperati / Die XXIV ꝛ de signis temperamenti calidi / Die XXVꝞ de signis temperamenti frigidi / Die XXVIIꝛ de temperamento sexus / Die XXVIIIꝞ de aetatum divisione / Die XXXI ꝛ de eadem re et annis climactericis / Valentinus Voglerus
Quelle	37 Alt 2492, 123 und 124 (Duplette)
Zeitraum	01.11.1659–25.11.1659
Text	Anno MDCLIX / Novembri mense die 1Ꝟ egi de temperamento primae et secundae aetatis / Die IIIꝛ de temperamento reliquarum aetatum / Die IVꝞ de temperamento partium anni / Die VII ꝛ de temperamentis regionum / Die VIIIꝞ de temperie potentiali / Die Xꝛ habita fuit disputatio inauguralis Medica / Die XIꝞ de anima in genere disserui / Die XIV ꝛ et XVꝞ fuerunt nundinae / Die XVIIꝛ de facultatibus animae egi / Die XVIIIꝞ unam duntaxat in homine animam esse monstravi / Die XXI ꝛ de sede animae disserui / Die XXIIꝞ an anima habeat partes, et in quantum eius cognitio medico sit necessaria, ostendi / Die XXIVꝛ de partis natura in genere egi / Die XXVꝞ allatum est cadaver foemininum Wolfferbyto, cuius ἀνατομή eoipse die inchoata et ad quartum usque Decembris producta fuit, institutis tredecim publicis demonstrationibus / Valentinus Henricus Voglerus
Quelle	37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol.125; 147
Zeitraum	12.12.1659–23.12.1659
Text	Anno MDCLIX / Decembris mensis initium, negotium anatomicum disputatioque inauguralis ut et promotio in Facultate nostra occupaverunt / XII ꝛ quid sit pars corporis nostri ostendi / Die XIII Ꝟ quaenam ad partes proprie vel non pertineant vel non pertinere videantur, quidque constituat partem organicam / Die XVꝛ ob tentamen candidati docere non licuit / Die XVIꝞ quid sit pars similis exposui, egi que de ea in genere / Die XIX ꝛ de numero partium similarium / Die XXꝞ propter examen candidati praelectio cessavit / Die XXIIꝛ de similaribus partibus ulterius egi / Die XXIIIꝞ de parte organica et quae in ea requirantur. / Valentinus Henricus Voglerus.
Quelle	37 Alt 204, H.2, fol.145; 146
Zeitraum	12.01.1660–31.01.1660
Text	Anno MDCLX / Ianuario mense die XII ꝛ ad praelectiones reversus egi de partibus corporis nostri principalibus ex minus talibus / Die XIIIꝞ de eodem ex aliis partium distinctionibus / Die XVI ꝛ in rus ad aegrotum fui vocatus / Die XVIIꝞ egi de calido innato in genere / Die XIXꝛ mutatio fuit ProRectoratus

- Academici / Die XXϕ quid per spiritum soleat intelligi exposui, deque calidi innati ortu egi / Die XXIII ϑ de calidi innati partibus humidoque vulgo dicto radicali / Die XXIVσ an calidum sit ignis, an non disputavi / Die XXVIϗ cui aetati plus, cui minus calidi insit, ostendi / Die XXVIIϕ de eadem re ulterius egi / Die XXX ϑ de calidi differentia ratione sexus ex gentium / Die XXXIσ de reliquis calidi differentiis / Valentinus Henricus Voglerus
Quelle 37 Alt 2493, fol.114
- Zeitraum 03.02.1660–28.02.1660
Text Anno MDCLX / Februario mense / die IIIϕ de respiratione egi, quomodoque per eam quaque de causa calidum refrigeretur, ostendi / Die VI ϑ de calidi nativi interitu egi / Die VIIσ de numero spirituum influentium / Die IXϗ de spiritu naturali appellato / Die Xϕ negotium coram Magnifico ProRectore expediendum praelectionem intercept / Die XIII ϑ communem de spiritu naturali opinionem examinavi / Die XIVσ de spiritu dicto vitali egi / Die XVIϗ de spiritu animali / Die XVIIϕ ob coniugis puerperae infirmitatem docere non licuit / Die XX ϑ spiritus animalis examen institui / Die XXIσ de facultatibus naturalibus in genere egi / Die XXIIIϗ Mithridatium fuit dispensatum in pharmacopolio Academiae, ut pridie Theriaca / Die XXIVϕ domesticis negotiis impeditus non docui / Die XXVII ϑ et XXVIIIσ de quatuor auxiliatricibus facultatibus egi, quas singulis partibus Galenus voluit inesse / Valentinus Henricus Voglerus
Quelle 37 Alt 2493, fol.115
- Zeitraum 01.03.1660–30.03.1660
Text Anno MDCLX / Martio mense die 1 ϗ egi de alimento in genere / Die IIϕ quod iussu Magnifici ProRectoris factus abortivus inspiciendus esset, docere fui prohibitus / Die V ϑ an in omni concoctione gignantur recrementa, expendi / Die VIσ de caussis appetitus egi / Die VIIIϗ de chyli confectione ex distributione / Die IXϕ de hepatis usu iuxta Galenum et hodiernos / Die XII ϑ propter auctionem auditores non convenerunt / Die XIIIσ initium incoepit visitatio pharmacopolii Academici, finita die XXIϕ. / Die XXIIϗ et XXIIIϕ ob necessaria domestica negotia docere non potui / Die XXVI ϑ ob consistorium ab hora octava matutina in secundam usque pomeridianam productum, itidem pralectio cessavit / Die XXVIIσ hepatis aliorumque viscerum infimi ventris verum usum exposui / Die XXIXϗ sanguinem in corde perfici, quomodoque nutritio fiat, ostendi / Die XXXϕ an omnes partes perpetuo nutriantur, discrimen item nutritionis et auctionis proposui / Valentinus Henricus Voglerus
Quelle 37 Alt 2493, fol.116
- Zeitraum 02.04.1660–17.04.1660
Text Anno MDCLX / Aprilis mense die II ϑ de requisitis accretionis egi / Die IIIσ habita fit disputatio inauguralis Iuridica / Die Vϗ de differentiis accretionis ex quamdiu corpus nostrum augeatur disserui / Die VIϕ de decretione et marasmo naturali / Die IX ϑ et Xσ fuerunt nundinae / Die XIIϗ de humoribus in genere egi / Die XIIIϕ examinavi opiniones de partibus massae sanguinis / Die XVI ϑ Galeni de ea re doctrinam expendi / Die XVIIσ de humoribus

Quelle	secundariis qui dicuntur egi / Reliquum mensis dies festi et feriae vernaes occupaverunt / Valentinus Henricus Voglerus 37 Alt 2493, fol.117
Zeitraum	07.05.1660–29.05.1660
Text	Anno MDCLX / Maii mensis initium feriae occupaverunt / Die VII et sequentibus aliquot instituta fuit auctio librorum Doctoris Hieronymi Iordani, habita interea quoque promotione in Facultate Iuridica / Die XV ♂ de sanguine secundum et praeter naturam constituto disserui / Die XVII ♀ de bile naturali / Die XVIII ♀ de bile praeternaturali / Die XXI ♂ de melancholia et atra bile / Die XXII ♂ de pituita / Die XXIV ♀ et XXV ♀ propter rem pharmaceuticam ordinadam praelectio cessavit / Die XXVIII ♂ de facultate generatrice in genere disserui / Die XXIX ♂ institutum fuit exercitium anatomicum / Valentinus Henricus Voglerus
Quelle	37 Alt 2493, fol.118
Zeitraum	03.07.1660–31.08.1660
Text	Anno MDCLX / Iunii mensis fine, elapso iam festo Iohannis Baptistae, e vicine Hercynia domum redii / Iulii mensis die III ♂ egi de facultatibus in genere / Die V ♀ de facultate vitali quae appellatur / Die VI ♀ consistorium praelectionem intercept / Die IX ♂ et X ♂ fuerunt nundinae / Die XII ♀ ProRectoratum suscepi / Ob cuius varia et multiplicia negotia factum, uti non duntaxat per reliquum mensis sed Augustum quoque et Septembrem publicis praelectionibus vacare non potuerim / Valentinus Henricus Voglerus
Quelle	37 Alt 2493, fol.119, 120 (Dublette)
Zeitraum	30.09.1660–30.11.1660
Text	Anno MDCLX / Octobri, Novembri, Decembrique mensibus ob negotiorum multipliciter publicis praelectionibus vacare non potui / Horas tamen subcisivas catalogo pharmaceutico ordinando conficiendoque impendi / Sub exitum quoque Decembris corporis masculini ἀνατομήν per octo dies institui / Valentinus Henricus Voglerus
Quelle	37 Alt 2493, fol.121

Zitierhinweis

Prof. Valentin Heinrich Vogler. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: <https://uni-helmstedt.hab.de/prof-230-vogler> [06.07.2026]